

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1240

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

multis astantibus, communi manu publice pro remedio animarum suarum contulerunt et possessionem ejusdem aree predictae ecclesie assignarunt. sane cum canonici prefati monasterii super hujusmodi donacione facta litteras nostre confirmacionis in testimonium postularent, nos eorum juste petitioni benignum prebentes assensum hujusmodi factum confirmamus, litteras presentes ad perpetuam firmitatem eisdem 5 indulgentes. actum anno domini 1240, feria 6 ante Letare Jerusalem, hiis presentibus: Heinrico de Stabelecke canonico majoris ecclesie, W[olffhelmo] decano, H[ugone] portario, S[igebotone] cellerario, W[ernhero] de Wolfgangisheim, H[einrico] de Stuzelingin canonicis sancti Thome Argentinensis; laicis vero C[onrado] Virnekorn, G.¹ milite de Rimundiheim, Erbone filio Ruedigeri de Friburc et aliis quam 10 pluribus.

T aus Straßb. Thom. A. Titres lad. 25 or. mb. c. sig. pend. laeso.

Gedruckt ebendarnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 311 nr. 33. Nach Copie bei Schöpflin Als. dipl. I, 384 nr. 499.

264. *Bischof Berthold von Straßburg beurkundet, daß Hartmann von Eckbols- 15 heim und seine Gemahlin Junta dem Frauenkloster St. Mathie zu den Hunden bei Straßburg einen Hof daselbst, genannt zur Linde, geschenkt haben. 1240 März.*

Berdoldus dei gratia Argentinensis episcopus omnibus presentem paginam inspec- turis rei geste noticiam. noverint universi presentes et futuri, quod Hartmannus de Ecchebolsheim miles dilectus et fidelis noster et ejus uxor Junta cives Argentinenses instinctu divino ducti, volentes saluti anime sue ac parentum suorum 20 consulere, sororibus cenobii sancti Mathie^a ad undas² extra muros Argentinensis civitatis quandam curtem, que dicitur ad Tiliam, sitam in civitate Argentinensi, unde sororibus memoratis singulis annis in censu viginti una uncea denariorum persolvitur, in modum elemosyne et pro remedio animarum suarum libere et 25 pacifice atque sine contradictione qualibet contulerunt. ne igitur in posterum cavillosa oblivio super tam pio facto possit aliquatenus suboriri, ad habundantem cautelam presentem paginam sigillo nostro duximus corroborandam. actum anno incarnationis domini 1240, mense marcio, presentibus hiis: H[einrico] de Stahelche et magistro H[einrico] de Lutenbah canonicis Argentinensibus, Ludewico milite 30 nostro, R. plebano de Ünzenhurst nostro cappellano, R[eimboldo] dicto Stubenweg cive Argentinensi aliisque quam pluribus.

S aus Straßb. St. A. lad. s. Nicolai Martini Petri or. mb. c. sig. pend.

a) *S Mathe mit Spuren eines verlöschten i zwischen h und e.*

¹ *Ch. Schmidt a. a. O. ergänzt Goezzone.*

² *Identisch mit dem St. Nikolauskloster in der Krutenau. Die Gründung desselben und diese Schenkung betreffend vergl. Straßb. Gassen- u. Häusernamen i. Mittelalter S. 100.*

265. *Das Straßburger Domcapitel überläßt seinem Pförtner Hermann von Erenberg und dessen Neffen dem Domcanoniker Johannes vom Stein Stiftsgüter zu Wolzheim und Uttenheim für den bisherigen Zins. 1240 März.*

R[einhardus] prepositus¹, B[ertholdus] decanus, F[ridericus] cantor totumque
 5 capitulum Argentinense universis tam presentibus quam posteris hujus littere in-
 spectoribus rei geste notitiam. petivit a nobis Hermannus dictus de Erenbere
 nostre ecclesie portarius, ut bona quedam in Volcotesheim et Uttenheim sita et ad
 nostros communes usus pertinentia, que tunc idem *Hermannus* sub annua tenuit
 pensione, ipsi ac nepoti^a suo Johanni dicto de Lapide nostro concanonico concedere
 10 dignaremur. nos vero ejus precibus dignum prebentes assensum prefata bona sub
 eadem pensione, quam prius idem habuit portarius, scilicet quadraginta quartalia
 annone mensuralis, que nunc in cunei nostri cedit supplementum, ipsis de bona
 voluntate et omnium nostrum unanimi consensu, quoad vixerint, concessimus
 15 possidenda, ita tamen, ut, si quem eorum prius mori contingat, alter nichilominus
 sub priori forma sine contradictione qualibet bona pretaxata possideat. ut autem
 huic concessioni nullus in posterum malitiose queat obviare, presens scriptum sigillo
 nostri capituli communitum ipsis in testimonium contulimus habendum. actum
 anno domini 1240, mense martio.

B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 2709 or. mb. c. sig. pend. laeso.

20 *Im Auszug bei Grandidier Oeuv. inéd. III, 354 nr. 378 nach dem lib. sal. 1347.*

266. *Hugo der Probst und der Convent des Klosters St. Arbogast bei Straßburg gehen mit Konrad, Ritter von Geispolsheim, einen Gütertausch ein. 1240 Mai.*

Hugo prepositus et conventus sancti Arbogasti apud Argentinam universis
 25 presens scriptum inspecturis notificamus, quod nos et Cónradus miles de Geispots-
 heim tale fecimus concambium, quod ipse dedit nobis omnia bona sua tam propria
 quam hereditaria in banno Kunegeshoven et in banno urbis sita, nos et successores
 nostros warandos constituendo. nos vero tres agros et duale in banno Vegersheim
 et dimidium agrum in banno Ensheim, omnia bona nostra in banno Geispotsheim

30 a) *B nepoti.*

¹ *Domprobst Reinhard erscheint hier zum letzten Mal. Noch in demselben Jahr 1240 tritt Arnoldus de Burgele an seine Stelle, cfr. nr. 267. Aus der Familie von Thengen stammend, besaß Reinhard auch außerhalb Straßburgs beträchtliche Güter. 1222 November 22 hatte er sich zu Zürich von dem dortigen Capitel ein Haus gekauft, das nach seinem Tode an dasselbe zurückfallen sollte, cfr. Würdtwein Nova subs. dipl. XIII, 266 nr. 62. Im Jahr 1232 übertrugen ihm Heinrich von Thengen und seine Söhne ihre Besitzungen in Buchheim und Wasenweiler, vergl. Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh. IX, 241 und Fürstenberg. Urk.-B. I, 159 nr. 362 nach dem Original i. Karlsr. G. L. A. (Die Sigle R ist mit Reinhardo aufzulösen, nicht mit Rudolfo, wie es in beiden Drucken geschehen.) 1238 schließlich gehen Domprobst Reinhard und der Pfarrer von Küssnacht mit dem Prämonstratenserklöster Rütli im Canton Zürich einen Gütertausch ein, nach einem Regest bei Grandidier Oeuv. inéd. III, 351 nr. 369.*

sita tam propria quam hereditaria et 41 marcas sibi dedimus econverso. tenemur etenim de predictis bonis, que nobis dictus *Cunradus* contulit, ad census dare annuatim decem solidos et sex denarios et septem quartalia siliginis et septem quartalia avene. si autem aliquis plures census a nobis exegerit, quam diu hoc feodum in potestate sua vel heredum suorum manserit, ipsi nobis tenentur emendare. in hujus rei testimonium presentem paginam sigillo nostro volumus communiri. acta sunt hec anno domini 1240, mense majo, presentibus Johanne de Lampertheim, Oспенello et Bertholdo militibus de Geispotsheim, Hessone de sancto Ypolito, Hugone existente preposito, Johanne priore, Bertholdo custode, Walfrido et Johanne prespiteris et aliis quam pluribus.

H aus Straßb. Hosp. A. docum. inut. lad. 47 fasc. 46 or. mb. c. sig. pend.

267. *In einer Urkunde des Bischofs Berthold von Straßburg und des Schult- heißen von Hagenau für das Kloster Steigen: datum apud Kirchem kalendis octobris anno domini 1240, presentibus Argentinensis ecclesie Arnoldo de Burgele preposito, F[riderico] cantore, H[einrico] de Stahelecke et Reinhardo canonico, C. plebano de Zabernia et aliis quam pluribus. 1240 October 1 Kirchheim.*

Aus Grandidier Oeuvr. inéd. III, 354 nr. 381 (ex autogr. tabul. colleg. Tabern.).

268. *Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden, daß die zwölf Beam- teten des Kürschnergewerks ein ihrem Amt gehöriges, vor der St. Martinskirche gelegenes Grundstück dem Krämer Hermann verlehnt haben. 1240.*

Hugo Riplinus magister burgensium et consules Argentinenses. ne rerum gestarum veritas cadat in oblivionem, litterarum debet memoria perhennari. noverint igitur universi presens scriptum inspecturi, concives nostros scilicet duodecim officiatos inter pellifices¹ aream unam ante ecclesiam sancti Martini inter staciatores sitam, ad officium ipsorum pertinentem, per manus magistri eorum Cunradi Virnecorn Hermanno institori concessisse sibi et universis successoribus suis jure hereditario perpetuo possidendam sub tali conditione, quod de eadem area 9 uncie denariorum et 3 cappones predictis duodecim et ipsorum in eodem officio successoribus persolvantur annuatim sine omni augmentatione. prefatus vero Hermannus et successores sui possunt pactum suum in predicta area vendere, dare vel obligare, cuicumque voluerint, preter hoc solummodo, quod pactum suum nulli conferant ecclesie. si autem ipse vel successores sui jus suum in eadem area vendere vel obligare voluerint, primo dominis curie debent exhibere. quodsi ipsi pro minori pretio quam alii vellent aream habere, licebit prefato Hermannus vel successoribus suis alias vendere vel obligare sine contradictione qualibet, fraude et dolo penitus exceptis. ne igitur hoc factum posterorum cavillatione vel temporis oblivione possit in irritum revocari,

¹ *Dieselben dürften wohl im Zusammenhang mit den duodecim inter pellifices des ersten Straßb. Städtrechts stehen.*

presens exinde pagina est conscripta et sigillo civitatis in testimonium communita. acta sunt hec publice anno incarnationis domini 1240 in presentia nostra, qui tunc consules fuimus civitatis, videlicet Cunradi Virnecorn etc.¹

Aus Wencker Coll. arch. p. 644.

- 5 **269.** *Bischof Berthold von Straßburg beurkundet, daß der Straßburger Bürger Reinbold Virnekorn der St. Arbogastkirche einen Hof bei St. Aurelien gegeben und diese ihn mit Garten und Land bei der rothen Kirche und in Königshofen entschädigt habe. 1240.*

B[ertholdus] dei gratia Argentinensis episcopus. temporales actus labuntur
10 cum tempore, nisi vivacis littere testimonio solidentur. hujus rei gratia etati presenti et future posteritati notum facimus, quod Reiboldus dictus Viernecorn civis Argentinensis laude et assensu heredum suorum curtim super aqua sitam apud sanctam Aureliam ecclesie beati Arbogasti liberam contradidit, ecclesia vero ortum apud Rodenkirghen et aream in Küngheshoven in concambium sibi redonavit. verum
15 ne quis successionis tempore prefatam ecclesiam super tali donatione sine causa temere presumat agravare, presentem cedulam conscribi et sigilli nostri munimine et civitatis fecimus roborari. testes hujus rei sunt Walfridus prepositus etc. anno incarnationis domini 1240.

H aus Straßb. Hosp. A. prot. 7383 cod. chart. sec. XV p. 82³.

- 20 **270.** *Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden, daß sie einen auf städtischer Aue jenseits des Rheins gelegenen Hof an Heinrich Sturm und seine Frau Irmengard verlehnt haben. 1240.*

Reiboldus Stübenwec et Rudolffus filius Lentzelini magistri burgensium et consules Argentinenses. ne rerum gestarum veritas cadat in oblivionem, literarum debet memoria perennari. noverint igitur universi presens scriptum inspecturi, quod nos de communi consensu scabinorum et officialium in augea civitatis ultra Renum apud transitum curiam unam de rivo, qui dicitur Brisachwac, usque ad Renum tendentem circumfossatam concessimus Heinricho Sturm et uxori sue Irmengardi et heredibus eorum perpetuo possidendam sub tali condicione, quod de eadem
30 curia 10 solidi denariorum civitati persolvantur annuatim sine omni augmentatione, scilicet in festo sancti Joannis baptiste 5 solidi et in nativitate domini 5 solidi ita,

Juni 24
Dec. 25

¹ Das Verzeichniß des Raths- u. Bürgerbuch fol. 7^a i. Straßb. St. A. enthält für das Jahr 1240 außerdem folgende Namen: Hetzel von Eckeversheim, Rüdolff Stoltzenboltz, Sigel ein sün des dieners der brüder, Johans von Künigshoven, Rüdolff von Vegersheim, Rüdolff von Zabern, Hanns Kelbelin, Burckart Spender, Erbe Clausen sün, Conrat Rebestock, Hanns Cünen sun, Conrat Erben sün, Heinrich Marsilius sün, Wilhelm Rot, Erbe von Friburg. Da fast alle Namen in der Liste von 1239 (nr. 261) wiederkehren, so ist vielleicht die Identität beider Rathsverzeichnisse anzunehmen und die Amtsdauer des Raths auf die letzten Monate des Jahrs 1239 und die ersten Monate von 1240 auszu-
dehnen.

quod in eadem curia infra fossatum nemo presumat possessores curie contra voluntatem ipsorum impedire. via etiam communis et pascue in augea non debent a curia impediri. in hujus rei memoriam presens exinde pagina est conscripta et sigillo civitatis communita. acta sunt hec publice anno incarnationis domini 1240, presentibus hiis consiliariis: Burcardo de Truchtersheim, Erbone juniore, 5 Gozperto ministro fratrum, Erbone filio judicis, Hugone de Vegersheim, Cunrado de Zavernia, Gozzone filio Nicolai, Reimbardo Virnecorn, Friderico filio Cunonis, Marquardo Vitulo, Friderico de Hagenawe, Reimbardo et Rudolfo magistris civium et aliis quam pluribus, Cunrado Virnecorn, Sifrido filio ministri fratrum, Hugone Riplino, Joanne Vitulo, Erbone et Reimbardo filiis Nicolai, Heinricho filio Marsilii, 10 Wernero Velckelino.

S aus Straßb. St. A. Raths- u. Bürgerbuch fol. 7^a von einer Hand des 16ten Jahrh. geschrieben.

271. Beschlüsse des St. Thomascapitels zu Straßburg über die Befugnisse seines Custos, seines Sacristans und seines Kämmerers. 1240.

Cum multociens super officiis nostris, scilicet custodis, portarii, pincerne, 15 camerarii et sacriste sit orta dissensio, ideo nos prepositus, decanus et capitulum de communi consensu fecimus hec conscribi, que etiam volumus firmiter observari, quia ab antiquo invenimus ea sic statuta et servata.

Febr. 2 Custos tenetur ministrare ratione custodie in purificatione canonicis et sex prebendariis equales candelas de tertia parte libre cere, item omnibus scholaribus 20 chororum frequentantibus de duodecima parte libre, item officiatis domini episcopi, preposito, decano, cantori et scolastico, sicut in libro missali continetur. item in summis festis ponantur 9 candelae ad primam vesperam, in matutinis 7 candelae, in secunda vespera 5 candelae, ad missam 4 candelae honeste. in semifestis ad primam vesperam ponantur 7 candelae, ad matutinas 5 candelae, in secunda vespera 5 candelae, 25 item in dominicis diebus et aliis simplicibus festis 5 candelae ad primam vesperam, ad matutinas 3, ad missam 4, item in ferialibus diebus ad vesperam tres candelae, ad missam 3, ad matutinas una, item per totum annum ad matutinas 3 candelae parve ad legendum psalmodiam. item cum incipitur antiphona «o sapientia» usque
 Dez. 17 ad vigiliam nativitatis domini qualibet die ministrantur 4 candelae super mensas ad
 Dez. 24 propinandum vinum in refectorio. item in vigilia pasce ministret cereum. item custos tenetur reficere omnes casulas, cappas et albas. item debet lavare albas mappas et manutergia. item debet ligare libros chori et reficere. item custos tenetur dare in
 Dez. 5 vigilia beati Nicolai omnibus canonicis existentibus in prima vespera in cappella sancti Nicolai infra monasterium sancti Thome 2 denarios; prebendariis et mortuis 35 non dabit. item ante altare suum tenetur ministrare lumen de oleo ardens die et nocte per circulum anni.

Item sacrista chori ministrabit choro et portabit libros ad chororum et deportabit ad cameram. item altare preparabit ad missam et deportabit ad cameram. item in summis festis sacrista serviet choro in omnibus preparamentis et ornatis. item

accendet omnes lampades in ecclesia et choro et portabit libros ad chorum et deportabit ad cameram.

Item camerarius pulsabit primam campanam ad matutinas et ad primam et ad vesperam et non plus. item camerarius in omnibus festis majoribus in matutinis
 5 veniet indutus cappa cum thuribulo ante omeliam et stabit in medio chori usque dicetur «et reliqua». et eodem modo serviet in missa ante ewangelium. item eodem modo indutus ministrabit sacerdoti cappam cum thuribulo ad «benedictus» et ad «magnificat». item omni festo semiduplo et majori cantabit «venite» cum prebendario episcopi et in duplicibus septimum versum cum eodem cantabit in matutinis.
 10 item libri, tappeti, culcitre et omnis ornatus debet esse sub custodia camerarii et majoribus festis exponere, ministrare et reponere debet. item tenetur officiare altare sancti Egidii et habere lumen de oleo ante eum, ut ipsum altare jugiter illuminetur. item debet interesse horis canonicis, impedimentis camere presuppositis.

Item custos debet ministrare mappam ad lavandum manus de cena domini
 15 usque ad festum beati Martini; postea ministrabit portarius de festo Martini usque ad cenam domini. item quando cantatur funeri in choro, tunc custos non incipiet missam suam nisi post ewangelium chori et cantabit sub silencio et post ewangelium custodis incipiet camerarius missam suam et cantabit eam sub silencio in altari sancti Egidii. item in nativitate domini custos non incipiet missam suam, donec
 20 secunda missa «lux fulgebit» in choro sit cantata. item per totum annum non incipiet custos missam suam post secundam campanam prime, nisi velit eam dicere sub silencio. item officium in parasceue non incipiet, nisi postquam crux est levata in choro, et in cena domini post ewangelium chori et in sabato pasce usque post officium et sub silencio. item custos recipiet omnes oblationes de prebendariis
 25 dicentibus missas in monasterio et dabit eis lumina preter altare sancti Egidii et altare super lettenario. item custos ministrabit pincerne de festo Aurelie usque ad cenam domini omni nocte duo lumina, quorum 26 faciunt libram cere. item quando cantatur pro defunctis, tunc custos ministrabit unam candelam, item in vigiliis unam candelam. item in prima pulsatione vesperarum custos ministrabit unam candelam
 30 ardentem ante majus altare usque ad consummationem completorii, similiter et ad matutinas. item custos debet habere candelam ardentem ante majus altare in omnibus summis festis per totam noctem. item omnes candeles supradicte consumi debent usque ad longitudinem unius palme. item si aliquis canonicorum dicere vult missam in monasterio, dicit, quando voluerit, et si alique oblationes ibi fient,
 35 cedent canonico predicto et camerarius ministrabit ei preparamenta, custos vero lumina et sacrista chori serviet ei. item servus, qui facit sepulcra, purgabit monasterium in summis festis.

Acta sunt hec anno domini 1240.

T aus Straßb. Thom. A. Registrande C fol. 96^a um 1400 geschrieben.

Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 311 nr. 34.